



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Capvt XV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

Baculus est Assur, Esa. 10. &c. Et regi Babylonis uice  
 stipendij à deo datur Aegyptus q̄ seruerit deo uastans  
 do multo sudore Tyrum, Ezech. 29.

Fuerunt. Hec adijcit scriptura ne Saul sine hæ  
 rede esse uideatur, quem dominus abiicit cum tota po  
 steritate.

Nam. Hec est prudentia rei mi  
 litaris in qua Saul fidebat plus quã in deo. Vsi sunt &  
 post eum pij reges non dissimili prudentia sed alia fi  
 ducia &c.

## CAPVT XV.

**H**ic alio facto sese pinguisime declarat im  
 pietas Saul, nisi ceca esset ratio humana  
 que hic nihil uidet nisi pietatem, adeo fal  
 litur specie sanctitatis. Saul secundũ uer  
 bum dei percutit impios, prospere agit per deum, &  
 seruat regem humanitas uidetur, & pccora pietas &  
 dei cultus, nempe ad sacrificium, quis ista damnaret?  
 quis non coram hominibus optimum regem, coram  
 deo pietatem probaret? Sed ista scripta sunt, ut cecã  
 rationem discamus non sequi, timere uero ad iudicia  
 dei, ut non deseramus uerbum eius propter nostram  
 bonam intentionem & excogitatum dei cultum.

Nunc ergo audi.

Eidem in uerbũ dei exigit propheta, ut obedias uoci

domini, quantumcumq; inhumanū iudicetur à tua sapientia quod deus iubet. Obediendū est uerbo dei, non de eo disputandum aut disceptandum, etiam si iubeat spoliare Aegyptios, occidere Amalechitas &c. Ista fides exigitur à Moise per totum serē Deuteronomiū. Hac sequi debemus dominum, & ingredi in tenebras sanctas, ut Abraham qui secutus est dominum uocantem nesciēs quo iret. Heb. 11. Fidelis sentit quod in psal. dicitur. Quoniā tu es qui extraxisti me de uentre &c. Saul uero ut omnes hypocritae contra sentit quasi ad honorem dei, dum suae glorie erecto arcu triumphali, & suo cōmodo seruata pingui praeda consulit. Talis est omnis cultus dei hypocritarum hodie, ut & olim, opinionem apud homines defendunt & sua querunt, contempto interim uerbo dei, quasi meliora sint quae ipsi excogitauerunt &c.

De Amalech delendo lege Exo. 17. & Deut. 25. qui nulla humanitate etiam lassos filios Israel & qui erant in cauda siue extremo agmine percusserit. Quē admodum infirmiores, ab euangelio auertunt, & illic impugnant ubi causa corā iudicio carnis uidetur magis fragilis &c. Neq; tamen in his & similibus attendere debes solum quid impij fecerint, quemadmodum hic Amalechitas scriptura describit, sed etiam & multo magis iudicium dei nobis inscrutabile. Video nāq; quid fecerint Amalechitae, sed quo dei iudicio in ea fa

At ut percuterent filios Israel inciderint non uideo. Deus cū uult perdere impios, efficit ut cōtra se agāt, Ro. 1. Sic de Pharaone dicitur, in hoc ipsum etc. Sic et hic de Saulis operibus sentiendum, peccat, sed quo iudicio incidat in hoc peccatum non uidet caro, antea damnatus erat, sed qui sit iam etiā nobis declaratur, nisi ceco iudicio rationis ista non uideremus etc.

Cineo. Cinei erant cognati Moysi ex Ietro socero Moysi, uide Exo. 18. Nu. 10. Iudicum. 1. 4.

### Nunquid.

Insignis locus quo damnatur hypocrisis omnium quib̄ suo nomini, opinioni, meritis, lucro et uentri consulentes fingunt dei cultum, et non obediunt dei uerbo. Fiduciā in alia quā in deum, ambitionem et auariciam et usuras et mendacia cōtra uerbum dei, quæ deus odit, uocant dei cultum et gloriam et sanctorū uenerationē etc. cum sit mera idololatria, fiducia demoniorum, et uexatio conscientiarum, ut hic dicitur ex Hebræo.

### Peccaui.

Hec est poenitentia impiorum, qui tantum respiciunt in damnum quod patiuntur siue opprobrium, ut Saul et Pharaō et Esau, aut in angustiam animi et terrorem iudicij dei quæ sentiunt, ut Iudas apostolus, a quibus si possent liberari, peccatum in deum contemnerent. Hic ergo non deum sed sua querunt. Accirco hæc poenitentia remissionem non habet peccatorum quibus

non est ex fide. Neq; pōt abscondere hypocrisim Saul  
 qui infra dicit, Peccauit, Sed nunc honora me corā &c.  
 Neq; aliud intellige quā hypocrisim fuisse q̄ adora-  
 uit dominū, sed scriptura historię narrat factū quod  
 illic oculis humanis exhibitum est, nempe q̄ Saul proci-  
 derit corpore coram domino, quam uocat scriptura  
 adorationem, sicut quando legeris Abraham adorasse  
 terrę populū &c. Et hic Samuel reuertitur quidem  
 cum eo prestans homini officium quod tantopere pos-  
 tulabat, non tamen cum eo adorat, sed exequitur occi-  
 dendo regem Agag, quod Saul ex præcepto domini  
 neglexerat & contempserat Scidit. Ex  
 facto quod accidit prophetat regni amissionem.  
 Poenitudine, id est, non poenitebit eum. Con-  
 tra Hiere. 18. Si poenitentia egerit gens illa à malo suo  
 quod locutus sum aduersus eam, agam & ego poeni-  
 tentiam &c. Sed hæc est promissio dei quæ seipsam in-  
 terpretatur dicens, Si poenitentia egerit gens illa &c.  
 Ampius autem Saul non potuit dicere quod Dauid. 2.  
 Regū. 15. Si dixerit mihi, non place, spræsto sum &c.  
 Nec potuit poenitere eum sui peccati, tantum poenituit  
 eum suę confusionis &c. Consonant his quæ dicuntur  
 Eze. 18. Dominus itaq; agit poenitentiam non propter  
 nostram poenitentia sed propter suam promissionem,  
 qua promittit se ad futurū illis qui respiscunt, id quod  
 non possunt absq; eius gratia, & sic cōuertitur ad eos

hic defendit Cris-  
 tianus q̄ talia  
 facta possunt vi-  
 deo q̄ se glorio-  
 so mō. a pot. a  
 ar figent char-  
 uari in nō pōt  
 opus agit sed ali-  
 que quod est in-  
 ritum Abraham  
 Mosi Josua,  
 Sampson &  
 hic Samuel

quos ipse conuerterit. Quod autem quosdam non conuertit iudicium est. Præterea quod statuit deus immutabile est, quod cōminatur ipsius amouetur gratia, Statuit contra contemptores, cōminatur filiis, ut quando dicit, Adhuc XL. dies & Niniue subuertetur &c. Item, Potuisset Sauli dimitti peccatum, utcumq; non fuisset secundum dei sententiam restitutus in regnum. Non enim propterea fuisset Dauid condemnatus, si non fuisset redditus regno in Absolonis persecutione, Crux enim fuisset, non impietas, non illam sed hanc odit dominus &c. Sed quid attinet ista multis dicere, cum statim in fine huius capituli dicatur, dominū pœnituisse q̄ constituerit regem Saul, id quod directe pugnare uidetur cum eo quod præcessit. Neq; enim homo est ut agat pœnitentiam. Ad quod dico breuiter, Deus more humano non agit pœnitentiam, nam omnia præscit, tamen scriptura quæ nobis loquitur, more humano de deo loquitur, & uelut de homine dicit deum pœnitere, quando immutare uult quod fecerat, ut Gen. 6. Vidēs deus q̄ multa malicia &c. Contra dicit deum non pœnitere, quando deus uult immutum tenere quod statuit, ut Iurauit dominus & non pœnitebit eum &c.